

LETTRE XXVII.

SUMMO MEDICO, DD. FR. SAUVAGESIO.

S. p. D.

CAR. LINNÆUS.

Quas, præ amicitia tuâ infucata, ad me mittebas litteras, 14 Januarii ritè accepi; at distracto collegiis, lectionibus, examinibus, consistorialibus quibus vos feliciter caretis, non licuit respondere.

Hyems fuit mitissima etiam apud nos, sed die 21 Martii incepit sævire cum intenso gelu, nive, etc., et in hunc usque diem continuat, quamvis *Motacilla alba* adveniebat ex australibus oris, die 17 Aprilis, eodem die quo *Galanthus* et *Leucoium*, nivem penetrantes, flores promebant.

Acta Acad. Parisina nondum accepimus, sed expectamus cum primâ nave.

Lætabor maximè audire quòd lethales vapores suffocent electricitatem; quod ulterius dubitandum sit nescio. Subscribam mox et omnes sani mecum